Fragmentarium

A. D. 1763. — Bulle Clemens' XIII.

Trier, Stadtbibliothek: Archiv, Nr. 11.

Regest: Papst Clemens XIII. teilt dem Kaiser Franz I. mit, dass er den von den Mönchen des Klosters St. Maximin bei Trier erwählten Abt Willibrord Wittman bestätigt und ihm die Regierung des Klosters übertragen habe, und empfiehlt dem Kaiser den neuen Abt und sein Kloster. Rom, 1763 März 21. Pergament. Grösse: 28 × 47 cm.

Im Datum ist der Annunciationsstil gebraucht, nach welchem das Jahr mit dem 25. März beginnt: der 21. März 1762 der Bulle ist daher nach unserer Zeitrechnung der 21. März 1763. Dies erhellt auch aus dem Pontifikatsjahr (Zeile 18): Clemens XIII. war am 6. Juli 1758 auf den päpstlichen Stuhl erhoben worden; nicht der 21. März 1762, sondern der 21. März 1763 war daher im 5. Jahre seines Pontifikats. Diesen Stil hat Papst Pius X. bei der Neuordnung der römischen Kurie durch die Constitution *Sapienti consilio* vom 29. Juni 1908 endlich abgeschafft: „In posterum vero in omnibus apostolicis litteris, sive a *Cancellaria* sive a *Dataria* expediendis, initium anni ducetur, non a die incarnationis dominicae, hoc est a die XXV mensis Martii sed a kalendis lanuariis."

Unten links sieht man auf unserem Facsimile den Namen des Taxators *Palmilii,* davor eine Kürzung für *taxa* und die Ziffer **X**; dies war die Taxe für die Schrift. Etwas weiter rechts steht ein anderer Kostenvermerk: **X**, darüber **V**, und darüber ein horizontaler Strich (= 16); dies ist ein Beispiel des eigenartigen Systems der Zahlenbezeichnung, das man in der päpstlichen Kanzlei hatte. Man bezeichnete 1, 2, 3, 4 mit Punkten oder mit horizontalen Strichen, die Zahlen 5, 10, 50, 100, 1000 mit den entsprechenden römischen Zahlzeichen **V, X, L, C, M**, die Zahlen über 5 etc. durch Kombinationen von römischen Zahlzeichen und horizontalen Strichen: für 6 zum Beispiel setzte man **V** und einen horizontalen Strich darüber, für 7 **V** und zwei Striche, für 8 **V** und drei Striche, für 9 **V** und vier Striche; dementsprechend setzte man für 11 **X** und einen Strich darüber und so fort; für 15 setzte man **X** und **V** darüber, für 16 **X** und **V** darüber, mit einem Strich. Das Zahlzeichen für 16 steht in unserer Bulle auch unter dem Bug (auf dem Facsimile ist nur **V** sichtbar); darunter finden sich die Namen: *D. Sauze* und *P. Mattei*; das waren Taxatoren im Interesse der sogenannten *vacabilisti* (von Leo XIII. aufgehoben). Siehe über das genannte System der Zahlenbezeichnung L. Schmitz-Kallenberg, *Die Lehre von den Papsturkunden* (in A. Meister, *Grundriss der Geschichtswissenschaft,* I, Leipzig 1906, S. 218).

In der Mitte unter der letzten Zeile stehen die Buchstaben **C. S.** Gewöhnlich stehen an dieser Stelle der Bullen drei Buchstaben, nämlich **L** (= *lectum*), **C** (= *correctum*), und der Anfangsbuchstabe des Namens des Kardinal-Vizekanzlers oder des *Prelato Reggente* der Kanzlei.

In der Mitte unter dem Bug (auf dem Facsimile nicht sichtbar) stehen die Namen *A. Cunonios* und *I. Caraffa cap̄* (wohl *cappellanus*): dies waren *abbreviatiori del parco maggiore.* — Unten in der Ecke rechts steht der Name des *Scriptor apostolicus: N. Malocardus.* — Das Bleisiegel ist nicht mehr vorhanden.

Auf der Rückseite findet sich ein Registraturzeichen und ein (unleserlicher) Name. Darüber der Name *A. Cunonios.*

Päpstliche Bullenschrift, auch littera sancti Petri genannt, italienisch scrittura bollatica. Die ersten Spuren dieser eigentümlichen, schwer lesbaren Schrift finden sich in den Bullen der letzten Hälfte des XVI. Jahrhunderts. Sie ist charakteristisch für die Bullen des XVII., XVIII. und XIX. Jahrhunderts. Sie ist ein Produkt der Barockzeit. Zu Grunde liegt die gotische Schrift der päpstlichen Bullen des ausgehenden Mittelalters. Erst Leo XIII. schaffte sie durch ein Motu proprio vom 29. Dezember 1878 ab. Der Text dieses Motu proprio lautet (siehe *Acta sanctae Sedis,* vol. XI, 1878, p. 465):

„LEO PAPA XIII. Motu proprio etc. Universae ecclesiae regimen humilitati nostrae concreditum inter alia sollicitudinem a nobis expostulat, ut per eos, quorum opera et ministeriis utimur, eae meliorationes ac modificationes, quae magis publicae utilitati consulere magisque actati huic nostrae respondere videntur, in re praesertim ecclesiastica procurentur atque afferantur. Quapropter, cum experientia compertum fuerit, characterem theutonicum, vulgo *bollatico,* utpote ab usu communi remotum, litterarum apostolicarum lectioni difficultatem ingerere et earundem remorari expeditionem, quousque authenticum exemplar, *transumptum* nuncupatum, signatum non fuerit, plumbeum vero numisma faciliori huiusmodi litterarum transmissioni haud leviter obesse, super quibus elatas quandoque fuisse querelas novimus, nos his aliisque minoris ponderis incommodis prospiciendum apostolici muneris esse reputamus.

Idcirco de consilio dilecti nostri filii cardinalis Pro-Datarii, et audito desuper etiam dilecto filio cardinali sanctae Romanae ecclesiae Vice-Cancellario, per praesentes litteras Motu proprio characteris, de quo supra, in apostolicis litteris usum sublatum et abolitum decernimus ac declaramus, mandantes, ut a praesentium publicatione litterae apostolicae communi latino charactere super charta pergamena, ut in more est, exscribantur et exarentur, firmis tamen manentibus omnium et singulorum officialium et ministrorum subscriptionibus cum proprii cuiusque muneris respectiva designatione.

Quoad plumbea numismata una cum adiectis cordulis praecipimus ea servanda tantum esse in apostolicis litteris collationum, erectionum et dismembrationum beneficiorum maiorum, necnon in aliis Sanctae Sedis solemnibus actis. In reliquis vero litteris et praesertim in illis, quae beneficia minora ac dispensationes super impedimentis matrimonialibus respiciunt, auctoritate nostra apostolica per praesentes eadem abolemus et abolita fore statuimus et mandamus, iisque substitui ac substitutam et subrogatam fore iubemus impressionem rubri coloris sigilli noviter conficiendi, imagines ipsorum apostolorum Petri et Pauli referentis, inscriptione nominis regnantis summi pontificis circumducta. Quae autem pro fideliter custodiendis et asservandis plumbi numismatum typis statuta sunt, eadem per praesentes confirmamus atque examussim observanda esse decernimus.

Quamobrem cardinalibus nostris Pro-Datario, et sanctae Romanae ecclesiae Vice-Cancellario eorumque pro tempore successoribus hoc nostro Motu proprio praecipimus et iniungimus, ut ipsi in posterum in quacumque litterarum apostolicarum huiusmodi expeditione, superius praemissa atque ordinata prae oculis habentes ea firmiter observent, et ab omnibus et singulis sibi respective subiectis officialibus, ministris ac personis quibuscumque inviolabiliter observari faciant.

Non obstantibus quibusvis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac, quatenus opus sit, *De iure quaesito non tollendo,* aliisque nostris et cancellariae apostolicae regulis; necnon privilegiis, indultis, facultatibus, et litteris apostolicis speciali mentione dignis, et ex quacumque causa hic forsan de necessitate exprimenda, concessis approbatis et innovatis, usibus quoque, stylis, consuetudinibus etiam diuturnis et inveteratis in contrarium praemissorum quomodolibet facientibus vel extantibus. Quibus omnibus et singulis illarum omnium et singularum tenores pro plene et sufficienter expressis et insertis habentes ad praemissorum effectum specialiter et expresse praesentibus huius nostri Motus proprii litteris derogamus, caeteris contrariis quibuscumque.

Nulli ergo hominum liceat paginam hanc nostrae abolitionis, suppressionis, subrogationis, confirmationis, praecepti, statuti, mandati, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc tentare praesumpserit, indignationem Dei omnipotentis et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctum Petrum die vigesima nona Decembris 1878.

LEO PAPA XIII. Carolus cardinalis Sacconi, Pro-Datarius."

Die *scrittura bollatica* wird in diesem Dokument wohl deshalb *character theutonicus* genannt, weil Marini in seiner *Diplomatica pontificia* behauptet hatte, sie sei von dem deutschen Papst Hadrian VI. (1522—1523) in die päpstliche Kanzlei eingeführt worden.

Einzelne Buchstaben. Statt **ae** und **oe** steht **e** (*menia,* 3; *apostolice,* 4). **d** ist rund (*dei,* 1). **e** hat oben ein Häkchen, das gewöhnlich vom Hauptstrich getrennt ist; am Wortende ist das Häkchen sehr lang; überdies steht ein kleiner Zierstrich über dem Häkchen; **e** ist dem **o** sehr ähnlich, doch in **o** fehlt der Zierstrich (*servorum,* 1; *hodie,* 2). Siehe **g** (*regi,* 2; *regimine,* 5). **i** hat einen Punkt (1). **m** und **n** haben am Wortende einen langen Endstrich (1. 2). Siehe **p** (*propensius,* 13), und **q** (*eidemque,* 6). **r** ist gerade (1. 2). Die auffallendste Form hat rundes **s** am Wortende (*Clemens episcopus, servus,* 1); siehe langes **s** (1).

Auch viele Majuskelbuchstaben haben eigentümliche Formen: siehe **A** (5. 8), **B** (3), **C** (3. 4), **D** (4. 11), **E** (7), **F** (7. 10), **H** (2), **I** (2. 17), **K** (18), **M** (3. 4), **N** (4. 6), **O** (3), **P** (2. 18), **R** (2. 7), **S** (2. 3), **T** (3. 4), **V** (16), **W** (3).

Abkürzungen sind besonders für oft wiederkehrende Worte und Formeln gebraucht (2. 3. 4). Zuweilen ist die Wortendung durch einen schrägen Strich ersetzt (*civitatis,* 3; *eorundem,* 8).

Ligaturen. Siehe *ce* (7), *et* (2), *et* (11), *pp* (6), *st* (3. 6), *tt* (3) etc.

Keine Interpunktion.

Ein Bindestrich am Zeilenende (3. 4. 6).

Die Linien sind mit einem trockenen Griffel gezogen. Rechts und links am Rande Zirkelstiche.

Clemens episcopus, servus servorum Dei, charissimo in Christo filio Francisco,
Romanorum regi in imperatorem electo, salutem et apostolicam benedictionem. Hodie electionem de persona dilecti filii
Willibrordi Wittman, monachi monasterii sancti Maximini ordinis sancti Benedicti extra menia civitatis Treui-
rensis, nullius seu Treuirensis diecesis, Sedi apostolice immediate subiecti, per dilectos filios capitulum et mona-
chos eiusdem monasterii certo tunc expresso modo abbatis regimine destituti, canonice celebratam apostolica
auctoritate approbavimus et confirmavimus, eidemque monasterio de persona dicti Willibrordi, nobis et vene-
rabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus ob suorum exigentiam meritorum accepta, de fratrum
eorundem consilio dicta apostolica auctoritate providimus ipsumque illi in abbatem prefecimus, curam, regimen et
administrationem ipsius monasterii ei in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, prout [1])
in nostris inde confectis literis plenius continetur. Cum itaque, fili charissime, sit virtutis opus,
Dei ministros benigno favore prosequi ac eos verbis et operibus pro regis eterni gloria venerari,
maiestatem tuam regiam rogamus et hortamur attente, quatenus eundem Willibrordum abbatem et mo-
nasterium predictum sue cure commissum habeas pro nostra et Sedis apostolice reverentia propensius commen-
datos, in ampliandis et conservandis iuribus suis sic eis tui benigni favoris auxilio prosequaris, quod
ipse Willibrordus abbas tue celsitudinis fultus presidio in commissa sibi dicti monasterii cura possit Deo
propitio prosperari, ac tibi exinde a Deo perennis vite premium et a nobis condigna proveniat actio
gratiarum. Datum Rome apud sanctam Mariam Maiorem anno incarnationis dominice millesimo septingentesimo sexagesimo secundo,
duodecimo kalendas Aprilis, pontificatus nostri anno quinto.

N. Malocardus

[1]) Neben *prout* steht eine sogenannte *chiamata* (Verweisungszeichen); es ist aber nicht ersichtlich, worauf sie hier hindeutet. Vielleicht soll sie auf die andere hier erwähnte Bulle besonders aufmerksam machen.

License: public_domain – Various Locations, Generic Collection, , Text 125 – Franz Steffens, Lateinische Paläographie (https://fragmentarium.ms/view/page/F-12v1/7415/60147)